



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Iustitia Et Iure Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici  
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

**Soto, Domingo de**

**Venetii, 1608**

4 Nunquid ei qui egestate premitur surari liceas

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38878**

dum transgredi leges peccatum est, & pec-  
catum licere non potest, sed forsitan trans-  
gressionem appellat dum sit aliquid con-  
tra verba legis, non tamen contra iuris statu-  
m. Id verius tamen insuper adnotandum, hic  
est, quod Baldi aut cuiuslibet alterius, do-  
ctoris afferio nullatenus haberi potest  
pro lege, immo uero neque dictum ipsum  
urisconsultorum, nisi aut principis  
auctoritate aut reipublica more & viu co-  
rum documenta pro legibus recepta sint,  
quod cum (vi libro primo, demonstratur  
est) sola auctoritas publica valeat legem  
vis la condere, que uim habeat coerciua. Est  
igit ergo iam receptissimum, ut fures pro sim-  
plici aut geminato furto, si non est magnu-  
aut flagelis casi, aut aures recisi, seu ferro  
inuicti relegentur. Pro trino vero aut pro  
vno enormi ad fureas suspendantur. Quæ  
quidem lex etiam Hispanis in more est, ut  
patet in libro quarto regalis for. titul. 15.  
Lex, qui furatus fuerit ac dipondia, no-  
vies tantudem soluat. Quod si iterato si-  
nile committat furtum, occidatur. Ta-  
men sub illo rigore non sit nunc eadem  
lex in vlo, ut pro decima parte vnius duca-  
ti quis suspendatur. Pluris enim tunc for-  
te astimabatur illa quota quam nunc du-  
plus ducatur.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum ei qui legi latae præmittitur  
furari licent.*

**P**ostquam tam stricto iure ostensa est  
iniquitas furti, disputare contuerit  
aliquis sit inde excipiendum causus, saltem  
vbi extrema necessitas ingruiat. Et argui-  
tur primo a parte negativa, de illo cap. su-  
pra citato, si quis exira de furti, vbi habe-  
tur, quod si quis propter necessitatem fa-  
misorum fuerit vestem, cibarium, vel  
pecus, peniteat hebdomadas tres, quod  
non iuberetur nisi furium tunc illicitum  
esset. Secundo idem arguitur ex Aristot.  
Ethicor, vbi ait quod am esse que conse-  
fum nominata convoluta sunt cum mali-  
tia, & subdit exemplum in furto, vbi signi-  
ficit esse intrinsecus malum, atque adeo nul-  
lo fine nulla que de causa reddi posse li-  
cet, tunc et in mendacio similitudo.  
**A**ugust. Tertio, homo debet proximum sicut  
seipsum diligere, nemini autem ad succur-  
rendum per eleemosinam proximo licet  
est furari, ut lib. contra mendacium admis-  
set Augusti ergo neque ad subueniendum  
sibi. In contrarium autem est quod in neces-  
itate, ut axioma habet vulgare, omnia  
sunt communia.

Ad questionem tribus conclusionibus Conclu-  
sionem respondetur. **P**rima. Res que homini fore respo-  
ndentur, pauperum sustentationi iure sua.  
naturæ debentur. Auctoritas cl. Ambro-  
sij que inter decreta resertur, distinctione  
47, esurientium panis est, quem tu deti-  
nes, nudorum indumentum est, quod  
tu recludis, misericordia redemptio & ab-  
solutio est, pecunia quam tu in terra de-  
fodis. Ratis autem naturalis sic collig-  
itur. Nullum ius gentium aut humanum  
naturali potest aut diuino derogare, cum  
haec superiora sint, iure autem naturæ diuini  
naque providentia institutum est, ut res  
inferiores hominum necessitati subser-  
viant, propter quos conditæ sunt, ergo vi-  
bi res huiusmodi redundantes possessori  
non seruunt, nullo humano iure veteri  
potest, quominus in agentium vsum ve-  
niant. **S**eunda conclusio. Hoc tamen  
non obstante, nemo circa extremam ne-  
cessitatem, ei qui afflunt, eripere sua bo-  
na potest. Probatur, quoniam & si locu-  
plex ille eadem tenet bona diffundere,  
sunt tamen multi egeni, diversis locis &  
temporibus occurrentes, quibus ideo cha-  
ritatiuam illam erogationem per posses-  
sorem fieri conuenit. **T**ertia conclusio.  
In extrema necessitate, puta ubi euidentis  
& urgensi est, tunc calamitosus ille licet  
potest alienis rebus sibi succurrere, siue  
clam sublati, siue palam. Conclusionis se-  
pe iam est a nobis asserta, quoniam tam  
innatum est hominis ius seruandi se, ut  
illi alii cuncta cedant. Primam istarum  
conclusionum non intelligas obligatio-  
nem sonare iustitia, sed tantum misericor-  
die, ut lib. 4. q. 1. de diuinorum, adnoto  
uimus. Nam postquam diuisæ sunt res,  
quisque est suarum dominus, catenus ta-  
men persistit naturale ius commune, ut  
qui abundant, esse debeat in egenos bene-  
ficiis. Qua ratione inde ensenior veritas co-  
clusionis secundæ, nemus ut nemo quam  
si grauitate partens, possit a diuite furari.  
Neq. valer argumentum. Dives in alia ca-  
sa (nempe grauius necessitatis) tenet egen-  
ti erogare, iuxta illud Joan. in sua canonis-

*Sectiū  
conclu-*

*Prima  
conclu-  
sionis  
declaratio-*

ca,

ca. Qui uiderit fratrem suum necesse habere & clauerit viscera sua ab illo, quomo do charitas Dei manet in illo? ergo ille potest sua auctoritate eripere, quoniam obligatio illa non est iustitia, sed charitas, ad quam nemo iniuritus cogi potest. At vero

*ab eis  
Quod nā  
extrema  
necessi  
tas dica  
tur.*

*Respon  
so.*

mareia hæc de elemosynarum obligatione non est præsentis loci. Tractat enim Quod nā eam diuus Thom. 2.2. quæst. 32. Circa tertiam autem conclusionem, quæ ad rem necessariæ atinet præsentem, dubium est quæ nam necesis sit extrema iudicanda. Virum et tantum cum quis iamiam aut fame stragulatur, aut frigore alia ve calamitate absumitur. Videut nāque nomen ipsum extrema, id designare. Respondeatur tamen non eam, ut vulgus arbitriatur, expectandam esse. Sunt enim qui cam vocant extrema necessitatem, cuius impossibile est tunis remedium, ille ergo cencetur articulus necessitatis extremae, quando vides fratrem periculo appropinquari incurabilis infirmitatis, aut altius miserie quæ homines solet confidere, ille inquam dum præueniri potest cauerique summa miseria. Necesitas vero quæ in periculo hominem consit ut honoris, licet non censetur extrema, etiam profecto grauis, que cum qui facultatem haber opem ferendi sub reatu mortalis culpa obligat. Quid autem si puer in periculo veretur amittendi puto is ob uitium inopiam? Videut namque & illam censer extrema, quippe quæ non modo honor, verum & salus animæ pericitatur. Respondeatur nihilominus quod quamvis illustris misericordie officium eiusmodi miseris in orphaniate periclitantibus subuenire, non illatenet censetur extrema ut possit puella alienum rapere, quoniam nulla est necessitas quæ cogere possit illam ut sui copiam alteri faciat, alias consensus ille non effet peccatum, sed perire potius debet quam delinquare. Sunt autem ciuilia iura quibus iuberit ut extreme patens ad publicum magistratum antea recurrit quam aliena priuatum cupiat. Hoc autem intelligendum est quod commode id fieri potest. At vero non deerit forsitan qui contra nos impræsentiarum infurgat. Diximus enim tum alias sepe, tum paulo ante, neminem ad id cogi posse ad quod sola charitate tenetur, sed ad id tantum ad quod de iustitia, obligatur, extrema au-

tem necessitatib; nemo teneat succurrere nisi ex charitate, nam si obligatio esset iustitia, i.e. qui tunc non succurreret, teneatur ad restituionem, quod non conceditur, ergo neque publica potestas, compellere tunc quempiam iure, potest, neque qui in periculo est quippiam alieni priuatim capere. Respondeatur pârum refutan dicas in tali necessitate aliquam iustitiae rationem intercedere, proprietatem profecto non est nisi misericordia strictissime tamē obligans. Quod autem coactio tunc locum habeat, est propter singulare ius quod cuiquam competit suam seruandam uitam. Appendenda hic erat dispositio, an qui in articulo necessitatis alienum rapit, arridente fecilius poena fortuna telearur id restituere, nisi iam satis lib. precedenti sub titulo de restituitione, cedem nobis absoluta esset dispositio.

Ad canonem igitur adductum in primo argumento responsum illuc est quod intelligitur de necessitate quæ non est extrema ubi aliqua est culpa furari. Ad secundum concedimus ingenue, sursum esse actionem intrinsecæ malam, immo talem, ut lib. 2. diximus, in qua Deus, vi legis naturæ dispensare non possit. At vero si cum de prohibitione homicidij divinus quod illa generaliter. Non occides eo quod praecipiunt isti naturale, non includuntur scilicet quos ipsa natura includere non potest, neque in illa. Non iurare omnino, sic neque prohibitione furti vetari potest acceptio rei alienæ quam natura ipsa hominibus induxit. Quocirca eiusmodi acceptio non est furtum, sed acceptio rei a natura concessæ. Ad tertium denique respondetur cuicunque pari iure licere in eadem necessitate alienum rapere ut indigenti succurrat. Sed circa illam vetat. August. elemosynas de rapinis fieri.

#### ARTICVLVS V.

*Virum rapinæ villo pacto fieri possit  
extra peccatum.*

Etsi furtum in extrema necessitate licitum sit, tamen quia rapina atrocis est crimen, videtur refutari virum & illa quoque aliquando sit licita. Arguitur enim a parte affirmativa. Præda illata

*Obiectio ad  
uersus  
sponsio  
nem.*